

CAP. 21. ad quid proficit, &c. 95  
& sibi devotum hominē ex me facere  
hoc pacto intendit. Denique Humili- In hu-  
tatis proprium est, hominem in pace militate  
& tranquillitate conservare, inter ad- est vera  
versa æque & prospera sive dona Dei. pax.  
Itaque qui hac prædictus est, æquam,  
semper mentem retinet, sive Deus illi  
det, sive data eripiat, nec quicquā ac-  
cidere ipsi potest, unde animo vel effe-  
ratur vel cōtrahatur. Vnde in ejusmo-  
di homine divina gratia mirabilia ope-  
rari incipit, & quemadmodū ante hac  
sua duntaxat & ex suis viribus opera  
exhibuit, ita deinceps Deus illum por-  
tat & in ipso perq; ipsum omnia facit.

## CAPUT XXI.

HOMINEM DEBERE ACQUIES-  
cere in solo Deo, non autem in donis  
illius. De abnegatione sui ipsius.

Psalm. 32. Lætamini in Domino, &  
exultate justi, & gloriamini o-  
mnes recto corde.

Genuina sinceraq; Dei charitas so- Proprie-  
lum Deum quærerit & spectat in tas cha-  
rebus omnibus, non se; delecta- ritatis  
tur solo Deo, qui est summum & incre- divina.  
atum bonum, nequaquam vero crea-  
turis; idq; intus & in profundo anime  
ubi \*